

EMBLEMA XLI.

Ad pœnam aliorum prompti, ad propriam tardi sumus.



XLI.

Propriis pronum est ignoscere culpis.

Exercent crebras vulpesque, leoque rapinas;
 Maiores prædo sed leo maior agit.
 Fur gallinarum spoliât vulpecula cortem,
 Et damna agricolis, sed nisi parua, facit.
 At leo, latro ferox, in cuncta animantia sæuus,
 Quin hominum & promptus pascere carne gulã est.
 Et tamen ad nullum veniunt data damna tribunal,
 Nec se ipse ad pœnas, suppliciumque vocat.
 Sed quando esuriens, pauido vulpecula furto,
 Ex patulã raptam corte ferebat auem,